Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Hic venit in teſtimonium, ut teſti-
monium perhiberet de lumine: ut
omnes crederent per illum. Non
erat ille lux: ſed ut teſtimonium
perhiberet de lumine. Erat lux
vera, quæ illuminat omnem homi-
nem venientem in hunc mundum.
In mundo erat: & mundus per
ipſum factus eſt: & mundus eum
non cognovit. In propria venit:
& ſui eum non receperunt. Quot-
quot autem receperunt eum, de-
dit eis poteſtatem filios Dei fieri:
his, qui credunt in nomine eius.
Qui non ex ſanguinibus, neque ex
voluntate carnis, neque ex vo-
luntate viri: ſed ex Deo nati ſunt.
(Hic genuflectitur.) Et Verbum Caro
factum eſt, & habitavit in nobis:
& vidimus gloriam eius, gloriam
quaſi unigeniti à Patre, plenum
gratiæ & veritatis.